

II.

Wie B den A-Text aus H, so hat A seinerseits seine eigene Vorlage am Anfang interpoliert. Der Beginn der Erzählung lautet (MG. SS. VIII, 130):

‘Anno ante urbem Romam conditam millesimo trecentesimo Ninus rex Assiriorum primus, ut historici volunt, propagandae deminationis libidine arma foris extulit cruentamque vitam quinquaginta annis per totam Asiam bellis egit’. Nun Erzählung seiner Kriege und seines Untergangs, alles nach Orosius I 4, 1—3. Er hinterlässt Semiramis und zwei Söhne, Trebetas und Ninus. Flucht des Trebetas vor den Liebesanträgen seiner Stiefmutter Semiramis. ‘Pulsus igitur dum diu longequae sedes vagando quaereret et non inveniret, coepit ex diuturni itineris fatione taedere, et ubinam sibi fata quiescendum consulerent, missione sortis inquirere. Sors optulit Europam, quae est tertia pars orbis, licet quidam secundam diffiniant, et Affricam non per se partem esse sed ad Europam pertinere contendunt. Transfretato mari mediterraneo, quod ab Asia dividit Europam, per vasta solitudinum et in via saltuum venit ad Mosellam, in cuius littore repperit vallem speciosam, aquis irriguam, silvis nemorosam, montibus undique circumseptam. Captus amenitate loci, ibidem subsistere delegit, urbemque constituit, quam ex suo nomine Treberim appellavit.

2. Anno ante urbem Romam conditam millesimo ducentesimo quinquagesimo urbs Treberis in Europa auctore Trebeta profugo, filio Nini filii Belis, parvo adhuc nomine condita est anno septimo aetatis Habrahae patriarchae. Originem gens quae incoluit de Gomer, filio Iafeth filii Noe, duxit, et ex candore corporum Gallorum nomen assumpsit; gens et urbs antiquissima, ante quam in Europa gentes neque urbes fuere; sed quae sunt vel ex illa vel post illam esse coeperunt. Noe quippe tres filios habuit, Sem, Cham et Iafeth. De Sem nati sunt Hebrei, Chaldei et Greci, de Cham Affrici et Getuli, de Iafeth Itali, Galli et Ispani. Sem possedit Indiam, Mesopotamiam, Siriam, Palestinam, Armeniam et ceteras Asiae provincias. Cham